

## Die Urkunden Ludwigs II., 47

In nomine domini nostri Iesu Christi dei aeterni. Hlvdovicus gratia dei imperator  
augustus. Omnibus comitibus missis procuratoribus caeterisque ministris rei publice  
nostrisque fidelibus presentibus ac futuris notum sit, quia petenti per suum missum Pertoni  
venerabili abbatи monasterii sanctae Marie siti Sabinis licentiam damus ex nostra  
plenissima auctoritate augustali, ut viginti homines cartulati, qui ad ipsum monasterium  
pertinent, hoc anno ab omni hostili expetitione securi et quieti remaneant, quales ab eodem  
abbate previsi fuerint, absque alicuius requisitione aut reprensione. Et ut haec ab omnibus  
credatur et observetur, super anuli nostri impressione iussimus assignari.

Act. civitate Beneuento, ubi ipse augustus preerat, anno imperii eius XVII, mens.  
mar., indictione XV.